Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

illius optimus et clarissimis ornari vesti
bus aplicus iussit · sic quoque utrosque propriis
manibus in proprio tumulo tumulauit
hys ita pactis aplicus de se cepit
esse sollicitus certus impleri quicquid
de se prophetatum fuerat Iussit ergo ut
quotquot Episcoporum Albatum preposi
torum ceterarumque ecclesiarum dignita
tum · infra decem dies illos euocari
possent ad urbem regiam conuenirent
Et factum est itaque in decimo itaque die
euocatis qui conuenerant presente etiam
principe qui forte fuerat in urbe
cepit aplicus velut alter Moyses
etiam legis deuteronomium exponere
De fide / spe / et caritate amonere
De fide tenenda · perfidia vitanda ·
de cunctarum sollicitudine ecclesiarum
de curis et lucris animarum sed quoque me
minerint quam terribilis sit in consilys
cui reddituri essent racione sue
villicacionis Monuit etiam ut auctore
deo suoque carissimo filio Imperatore